

I. N. J.

Breves aliquot APHORISMI & eo-  
rum PROBATIONES

De

# THEOLOGIA NATURALI,

Cujus particulam,

Divina moderante gratia,

Cum consensu Ampliss. Fac. Phil. in  
Reg. Acad. Aboensi,

Placide Cordatorum censure publica  
destinat

M. ESAIAS FELLMAN,

Respondente

ISAACO LITHOVIO


O. Botn.

Ad diem 20. Decembr. 1729. Horis  
locoque consuetis.

---

ABOÆ, Excid. Joh. Kämpe. Reg.  
Acad. Typograph.





D. D.

CAP. I.

De

RELIGIONE & THEOLOGIA NA-  
TURALI.

Aphor. I.

**R**eligionis Naturalis *Anti-*  
*originem vel a cul-* *Sceptic.*  
*tu insano eorum, Anti-E-*  
*qvæ extimescimus, picureo*  
*vel a fortuitorum casuum us, An-*  
*pro divinis acceptatione, ti-Hob-*  
*vel ab ignorantia causa- besianus.*  
*rum secundarum, vel ab*

der A a

ho-

hominum excogitatione  
& voluntaria introduc-  
tione arcessere, irreligiosum  
est.

### Probatio.

- 1) Quia Gentiles non ex metu & casu aliquo, quae facile evanescunt, sed metu judicis in throno pectoris sedentis, & intuitu operum divinorum ad cultum Numinis impulsi sunt.
- 2) Qvia utut sapientes Græcorum antiqui peculiares ferendo leges, suo accommodaverint instituto religione, atqve ad conservandam rem publicam judicaverint utiliem; eos tamen primos extitisse auctores religionis & inventores, omni sanx rationi est absurdum.

### Aph. II.

*Anti-Hobbes.* Nec proinde vim juris imperantium accipit religiosus.  
*Antri-Ma-ebiavellico-gio sticus.*

### Prob.

## Prob.

1.) Q. conscientiæ dictamen civili non subjectum esse majestati; nec leges divinæ ab humanis normari possunt. (2) Q. sic penes magistratum esset dictitare æque impium & irreligiosum, ac religiosum atque pium; nec non pro lubitu hominum jam mutari, jam minui, jam augeri posset religio: quo nihil fingitur absurdius.

## Aph. III.

Religio non tam re-*Anti-Epi-*  
gendi dextre civitatibus *cureus An-*  
& imperio stabiliendo, *ti-Macbi-*  
qvam obstringendis Deo *avell.*  
conscientiis præsertim in-  
servire debet.

## Prob.

1.) Q. Simulatam ejusmodi ad subditos in obsequio continendos reli-

*gionem*

gionem, summas ille cordium scruta-  
tor, qui se nunquam patitur de-  
cipi, indignatione dupli & vindicta  
et prosequitur. (2) Q. religio non  
fucata ipsi etiam reipublicæ firmius  
est vinculum, ac ficta. *Ficta enim omnia, tanquam floreuli desidunt, nec quidquam simulatum potest esse diuturnum, ceu loquitur Cicero libr. II. Off. Cap. XII.*

### Aph. IV.

*Dogma.* Hinc Theologia quoq;  
zico-Pro- Naturalis est scientia pra-  
blemati- etica, \* & ceteris philoso-  
eus. phiæ partibus præmitten-  
da. \*\*

### Prob.

\* i) Q. ut plurimæ Theol. Nat. con-  
clusiones nullam formaliter præscr =  
bant praxin, non tamen ideo mixta  
dici poterit; verum quum & illæ pra-  
xeos causa tractentur, atque ad pra-  
xin tendant, propter ultimum suum  
sco-

scopum, seu practicæ veniunt re-  
spiciendæ, constituuntque scientiam  
pure practicam. (2) Q. Theol. Nat.  
*non satiet hominis appetitum cognitione*  
*Dei nuda, sed accendet potius in homi-*  
*ne majus desiderium fruendi illius.* sunt  
verba Bajeri in proleg. Comp. Theol.  
posit. Cap. I.

\*\* i) Q. ut scientia quævis clarissime  
ex primis suis deducitur causis, & a  
Deo jam omnis scientiæ certitudo  
atque veritas dependet; ita ejus co-  
gnitio ad jacienda aliarum disciplina-  
rum fundamenta requiritur: adeo ut  
illa prætermissa, nulla de ceteris e-  
videns haberi possit certitudo (2) Q.  
notitia Dei omnibus aliis, ceu caus-  
æ effectibus, nobilior venit æsti-  
menda, & contemplatione dignior.

### Aph V.

Utut Theol. Nat. uti- *Contra*  
litas admodum late se *Naturali-*  
*extendat;* \* ad æternam *stas,* *In-*  
*tamen conseqvendam Sa-* *differen-*  
*lutem*

*sistas &c.* luteum manca est & im-  
perfecta. \*\*

Prob.

\* 1.) Q. suam & intra & extra ec-  
clesiam exercet paediam. (2.) Q. So-  
brie adhibita multum Theol. etiam  
revelatae adfert adjumenti.

\*\* 1.) Q. illa quæ præscribit media  
influsſientia sunt; non enim nisi fi-  
nita tradit, finis vero obtinendus est  
infinitus: aſt finitum infiniti non  
est capax. (2.) Q. mysteria nulla,  
eius ipſi impervia, novit; quæ tamen  
homini ad salutem contendenti co-  
gnitu sunt absolute necessaria. (3.)  
Q. in revelata edocemur Theol. non  
posse nisi per fidem in Christum sal-  
vari quemquam: at nil de fide, nil  
de Christo novit ratio.

*Aph. VI.*

*Anti-Fla-* Non obſtante Theol.  
*cianus*, Nat. imperfectione, &  
*anti-* qvoad principia & con-  
clu-

clusiones vera est; \* & Hoffmā-  
fic revelatæ non contra-nianus.  
dicit. \*\*

### Prob.

- \* 1.) Q. uti totius naturæ luminis-  
que naturalis; ita etiam Theol. au-  
ctor est Deus falli & fallere nescius.
- 2.) Q. ex principiis necessario veris  
ob necessariam utrorumque conne-  
xionem, oriuntur conclusiones ve-  
rae, necesse est.

\*\* 1.) Q. una tantum est veritas, &  
verum vero semper consonat. (2) Q.  
quamvis Theol. naturalis omnia in  
universum mysteria ignoret, non i-  
deo statim ea negat, aut illis sta-  
tuit contrarium; sed suum duntaxat  
judicium de iis, ceu objectis extra  
suam positis sp̄oram suspendit. Hinc  
ignorare aliquid, ignorantia puta  
simplici, qualis est Theol. naturalis,  
non est statim & simul negare. Conf.  
Aepin. Phil. part. 4. proleg.

## CAP. II.

De  
FINE THEOLOGIE NATURALIS.

## Aph. I.

*Anti-so-* Datur naturaliter insita  
*cin.* *Anti-* qvædam Dei notitia, tam  
*Hobbes.* Theoretica, qvam pra-  
*Anti-Loc-* Etica.  
*kianus.*

## Prob.

1) Q. omne genus humanum præ-  
 ter experientiam communi quoque  
 gentium consensu in cognitionem &  
 cultum Dei propendet: Frustra igitur  
 est potentia, seu inclinatio ejus-  
 modi, qvæ non produci saltem pos-  
 sit in actum. (2.) Q. sublata hac Dei  
 notitia, tollitur etiam homini, qva  
 reliqvis pollet animantibus, ratio.

## Aph. II.

*Anti-Car-* De existentia igitur sum-  
 mi-

mi Numinis ne ad momen- *tefa-*  
tum quidem licite dubitari *nus.*  
potest.

### Prob.

1.) Q. non nisi de rebus dubiis dubi-  
tandū: hæc vero res est manifestissi-  
ma ob firmiter naturæ impressam  
Dei notitiam. (2.) Q. illud tollit pie-  
tatem cultumque divinum, hominem  
interea temporis faciendo Atheum.

### Aph. III.

Hinc nec Athei theore-*Anti-A-*  
tici directe, interne ob-*theisticus,*  
firmati, per ignorantia-*Anti-Socie-*  
am invincibilem dari *nianus,*  
possunt.

### Prob.

1.) Q. Conscientia hominis, cui  
lex naturæ impressa est, nunquam  
extingvi & permanenter suffocari po-  
test. (2.) Q. vel ex intuitu hujus u-  
niver-

niversi qvilibet, modo sana sua uti  
velit ratione, facillime Numinis e-  
xistentiam potest concludere. (3.) Q.  
qvæ adducuntur passim exempla con-  
trarium evincere haud valent.

### Aph. IV.

*Anti-Car.* Inest vero naturæ lu-  
*ges.* *Anti-* mini hæc notitia non qvi-  
*Schola* st. dem per ideam; \* nec  
*& Proble-* per modum Actus, sive  
*maticus.* secundi, sive primi; \*\*  
sed, ut malunt, in poten-  
tia propinqua, seu per  
habitum *κατ' αναλογίαν* sic  
dictum. \*\*\*

### Prob.

(1) Q. ut possibilium etiam *idea*, jux-  
ta eosdem, inest nobis, non vero  
tantum objectorum actu existentium;  
ita nihil certi ab hac idea ad Dei e-  
xistentiam concluditur. (2) Q. hanc  
*idea*, qvod ad esse suum vicarium,  
infinitam esse volunt & perfectam:  
qvod

quod ea laborat rursus absurditate,  
ac si finitum infiniti esset capax; &  
tot darentur actu infiniti, tot quo-  
que dii, quot ideam hanc apud se ad-  
vertunt homines: quod est penitus  
ex rerum natura tollere Deum.

\*\*) 1) Q. notitia in *actu secundo* sem-  
per actualem infert cognitionem, ju-  
xta imaginem menti impressam. (1)  
Q. in *actu etiam primo* stricte dicto  
notitia, quatenus est potentia co-  
gnoscendi completa, species rerum  
impressas seu intelligibilis in se con-  
tinet; & ita de hac ipsa Dei non po-  
test dici notitia.

\*\*\*) 1) Q. *potentia* hæc non est nu-  
da, sed perfectio quædam cogno-  
scendi potentiae superaddita, con-  
juncta cum inclinatione & propen-  
sione efficacissima, qua non tam  
naturali facilitate, quam necessita-  
te sese exserit, quamprimum homi-  
nes veras de Deo propositiones au-  
diunt, intelligunt & recte secum  
expendunt. (2.) Q. *habitus analogie* sic dictus utique etiam po-  
ten-

potentia propinquā saltem quoad  
rem ipsam dici potest.

*Aph. VI*

*Dogmati-* Connatæ huic Dei no-  
*cus.* titiæ superadditur etiam  
acquisita , qvæ est vel  
vulgaris , vel exactior.

Prob.

i) Q. illi ex testificatione aliorum  
& consideratione hujus universi mi-  
nus accurata , non exclusa omni a-  
nimi incertitudine , comparatur.  
*Hec* vero nobis ex argumentationi-  
bus per varias vias , nulla cum a-  
nimi incertitudine , aut formidine  
oppositi conjuncta , ingeneratur.

*Aph. VI*

*Ansi-*spī-** Deus non est unica in  
*nōzianus.* mundo substantia , nec  
ejus natura & caussa im-  
manens.

Prob.

## Prob.

1) Q. sic omnes creaturæ forent accidentia ipsius Dei, essetque is compositus, mutabilis & corruptibilis; quæ revera ex Deo non Deum faciunt. (2) Q. sic nulla esset differentia inter Deum & creaturas, sed creaturæ essent ipse Deus: causa namque immanens effectum sibi similem producit.

## Aph. VII.

Nec in cogitatione, nec *Anti-spir*  
extensione, ceu proprie- noz. *Anti-*  
*tatibus* ejus primariis, *Cartes*,  
consistit essentia Dei

## prob.

1) Q. hæc duo attributa se tollunt invicem; cogitatio enim immaterialis aliquid dicit, extensio materialis: quæ de ente simplicissimo Deo minus comode prædicantur: nam materialem immateriale inque esse si-  
mut

mul, σιδηρόζυλος est. (2.) Q. ut conceptus cogitationis est actio, quæ aliquid in subiecto presupponit agente; ita conceptus primus & fundatum reliquorum esse non quirit. (3.) Q. extensio cum Deo reciprocari non potest, ceu oportet illud quod ipsam ejus constituit essentiam (4.) Q. extensio haec pugnat quoque cum Dei unitate, simplicitate, infinitate & perfectiōne, Atheismum inferens apertissimum, Deum cum natura, creatorem cum creatura confundendo.

### Aph. VIII.

*Anti-pagan.* Essentiæ quidem divinæ unitatem Theol. a Keckerm. gnoscit Nat., \* trinitatem vero personarum habet. *Anti-Cartes.* Unde assequitur; \*\* nec *Socin.* men negat eandem & destruit; \*\*\* sed potius ex revelatione jam elevata suo modo explicat.\*\*\*\*

Prob.

## Prob.

\* 1.) Q. Gentilium polytheismus, cuius variae existere causae, philosophis senioribus, unum tantum agnoscentibus Deum, risu fuit & aversationi.

\*\* 2.) Q. trinitatem Theol. Nat. ne a posteriori quidem demonstrare ullo modo potest: nullum enim esse etum a Deo invenit productum, ex quo eandem probet & demonstrat.

\*\*\* 1.) Q. Canones omnes philosophici de naturalibus tantum & finitis personis atque essentiis loquuntur, a quibus ad divinas concludere rationi non licet. (2.) Q. cædem regulæ, etiam in naturalibus quando specialibus applicantur, multo magis in applicatione ad supernaturalia & divina, debitum restringi debent limitibus.

\*\*\*\* 1.) Q. variae adduci solent, ad illustrandum trinitatis mysterium, similitudines, quæ tamen suo tempore & cum grano salis, ne infidelium nos exponamus ludibrio, usurpanda sunt.

B

apb.

18  
*Aph. IX.*

*Anti-Ari-* Præcipiuus attributo-  
stot. *Anti-* rum & operum divino-  
*Materia-* rum radius est *creatio* to-  
rius. *Anti-* tius mundi, qvem nec  
*Epicurus.* ipsum æternum, \* nec e-  
*Anti-Spi-* jus materiam fuisse æter-  
noz.      nam, \*\* Nat. etiam The-  
ol. evincere contendit.

*Prob.*

\* 1.) Q. non possibilitatem modo  
( h. e. qualis Deus in essendo, talis  
& in operando, independens, puta)  
sed actualem quoqve mundi creatio-  
nem sana attingit ratio: quandoqui-  
dem in linea ascendentे recta non  
posse dari causarum progressus in in-  
finitum, nec materiam ullam a se  
ipsa esse posse, id eoqve in aliquo  
penultimo esse subsistendum, quod  
non ex præsupposito factum sit sub-  
jecto, sed per creationem esse su-  
um acceperit, naturaliter constat  
certissime. (2.) Q. vel ex gentium,  
regnorum, rerum publicarumque or-  
tigi-

rigine; nec non inventione & incrementis artium atque scientiarum (de quibus omnibus historicorum nos dubitare non sinunt monumenta) de æternitate mundi sententia, solide refellitur. (3.) Q. omnes etiam gentiles saniores mundi asseruerunt creationem.

**¶** 1.) Q. nihil poterit dici coæternū Deo; hac enim ratione duo forent principia prima & infinita; quod absurdum. (2.) Q. materia ita fuisse independens: jam vero ex independenti dependentem creare mundum, denuo est contradictorium. (3. Q. ad essentiam materiæ non pertinet præexistentia necessaria; necessaria enim existentia est summa perfectio: materia autem plurimis laborat imperfectionibus: ergo non potest pro ente omnium perfectissimo haberi nec proinde existentia gaudet necessaria & æterna.

### Aph. X.

Utut speciales creatio- Anti-pa-  
nis circumstantias non genus e-  
at-

rient. An-attingat ratio sibi relicta,\*  
*Kibbal.* rite tamen instructa, nec  
*Anti-fa-* per emanationem ex di-  
*naturæ.* *Anti-vina* essentia, \*\* nec for-  
*Epicur.* tuito atomorum concur-  
*Anti-Car-* su, \*\*\* nec juxta leges  
*naturæ & motus mecha-*  
*Burnet.* nicas \*\*\*\* universum  
*hoc exstitisse,* sibi periva-  
*deri patitur.*

### Prob.

\* 1.) Q. modus creationis respectu  
*temporis,* ordinis aliarumque cir-  
*circumstantiarum,* utpote quæ sunt præ-  
*terita,* & a sola creatoris libera vo-  
*luntate dependent, ex Theol Natur.*  
*principiis nihil solide ac firmiter sta-*  
*tuitur;* sed quidquid eorum sciri po-  
*test,* ex historica quadam relatione  
*& codice sacrarum literarum hau-*  
*stum sit, oportet.*

\*\* 1.) Q. emanationis notio non  
*nisi de rebus usurpata materialibus*  
*proprie & univoce dici potest;* at-  
*que sic materia Deo quoque esset tri-*  
*ben-*

biuenda; quod in pium pariter ac  
absolum. (2.) Q. id quod errant, e-  
iusdem est essentiæ cum suo princi-  
pio, quo ipso inter creatorem &  
rem creatam tollitur discriben, &  
spinozismus introducitur, & omnes  
creatutæ, secundum Böhmi sōmni-  
um, essent divinæ partes essentiæ.

\*\*\* 1.) Q. atomorum præexisten-  
tia dudum a physicis est communi-  
ter rejecta & refutata. (2.) Q. ato-  
mi materiam hujus universi præsup-  
ponunt. (3.) Q. fortuitus earum con-  
cursus causalitat in ipsius Dei, ne  
dicam ejus existentiam, penitus tol-  
lit; vel saitatem otiosum eum fingit  
spectatorem.

\*\*\*\* 1.) Q. in ordine modoque cre-  
ationis speciali sanæ non licet fatio-  
ni fingere falsas, seu volunt, reve-  
lationique contrarias hypotheses. (2.) Q.  
sic materia, motus & certæ leges  
eius creationi præsupponuntur; quo  
ipso ea in naturalem quandam com-  
mutata generationem, mundus vel  
absque Deo fieri potuisse statuitur.  
3.

(3.) Q. accedente ad materiam atque motum sapientia directrice nulla monstrum aliquod, vel quidvis accessisset potius, quam adeo concinna & disposita rerum omnium strutura, sui conditoris testans sapientiam infinitam. (4.) Q. juxta leges motuum agere, operis est providentiaz, non creationis.

### *Aph. XI.*

**Problema.** Qvod vero præter hominem spiritum, spiritus etiam alii dentur creati, angelici dicti, rationes Theol. Nat. vix probabiles adferre valet.

### *Prob.*

(1.) Q. demonstratio angelorum a priori nulla plane dari potest; sed nec a posteriori eorum existentia demonstrabitur satis firmiter. (2.) Q. effectus monstrari potest nullus, qui non causis æque aliis, ac angelis; utpote vel Deo ipsi, vel animæ cuidam separata homini sese adjungenti.

ti, vel naturalibus in homine causis,  
vel sensibus deceptis, vel phantasiæ  
& imaginationi, vel denique fraudi-  
bus gentilium sacerdotum, adscribi  
posset.

### Aph. XII.

Deum vero esse mundi *Anti-A-*  
& omnium in eo existentib[us]. *An-*  
tium Rectorem provi-*ti spinoz.*  
dum; \* nec naturæ ne-*Anti-Hob-*  
*cessitate fluere omnia, \*\*bes.*  
Firmiter Theol. statuit  
Naturalis.

### Prob.

- \* 1.) Q. posito Deo, non potest non poni simul etiam ejus providentia, & imperium in quæcunque creata summum.
- (2.) Q. nihil quod ab alio dicit originem seipsum conservare potest.
- (3.) Q. creaturæ repugnat notio a divina conservatiōne & imperio esse independentem.
- 4.) Q. posito dari quædam quæ divina non indigeant directione, nimis foret injurium in gloriam sum-  
mi

mi illius numinis. (5.) Q. sublatō regimine hoc divino, religio omnis, virtutis exercitium omne, leges & humanae societates omnes tollerentur. (6.) Q. & internum conscientiae testimoniū, & ipsa rerum experientia, & consensus saniorum gentilium idem nos firmiter edocent.

(1.) Q. Natura talis esset independens, quæque divino non egredit imperio, & per consequens ipse Deus: quod manifestum importat atheismum. (2.) Q. sic sublata omni libertate, ab hominibus mera constituerentur automata mechanica. (3.) Q. sic fatum illud stoicorum crastinatio, quod & iplius Dei libertatem & leges tollit omnes, introduceretur.

### Aph. XIII.

*Dogmati-* Finis Theol. Nat. in-  
*co-Proble-* tentus formalis est frui-  
*maticus.* tio mentalis \* summi bo-  
 ni in altera vita, \*\* quam  
 dari

dari ipsa etiam ratio nos dubitare non sinit. \*\*\*

### Prob.

\* 1.) Q. qvum hoc bonum homini cum plantis atqve brutis commune non sit, nec ideo vegetativæ aut sensitivæ, sed rationalis animæ est operatio. (2.) Q. animæ post hanc vitam erunt a corporibus separatae; unde nec vita ipsiis competit materialis. (3.) Q. operatio animæ rationalis proxime accedit ad ipsius Dei, ceteri objecti sui, naturarit.

\*\* 1.) Q. operatio facultatum mentis humanae circa D. um in hac vita valde imperfecta est. (2.) Q. ut cognitionis modus modum sequitur naturæ cognoscentis; ita anima quædiu habet suum esse in materia, naturaliter non cognoscit adæquate, nisi qvæ formam in materia habent. (3.) Q. imperfecta ea est operatio, qvæ per similitudinem & medium fit: imo, quo minus medium

cum aliquo congruerit, eo est imperfectior.

\*\*\* 1.) Q. aliam post hanc vitam dari, tam ex animæ humanæ immortalitate, quam ex justitia Dei & compensativa & vindicativa peccatis ductu rationis argumentis, probari potest.

#### *Abh. XIV.*

*Anti - Aa.* Inter hanc summi bothest. Anni fruitionem & ejus oppositi-Platoni- positum, infelicitatem cus improborum æternam,\* medium quendam non agnoscit statum Theol. Naturalis. \*\*

#### *Prob.*

\* 1.) Q. & animæ immortalitas, & justitia Dei vindicativa, poenas malorum non longævas modo, sed æternas proflus fore testantur. Nam præter indignitatem personæ culpam contrahentis, tanta est Numinis offensio maiestas, ut quantalibet suppliciorum im-

mani-

manitate, numquam sufficienter reponit  
pœna sententia, ceu differit. Schmid;  
Part. I. Theol. Nat. posit. Sect. 2. §. 6.

\*\* 1.) Q. inter probitatem & im-  
probitate non datur medium inter-  
cedens apud Deum, sed improbitas  
omnis infinitam Dei laedit justitiam,  
pœnas & intensive & extensive infi-  
nitam infligentem.

### Aph. XV.

Ingressum vero ad ali-Dogmati-  
am vitam, corporis & co-proble-  
animæ solutionem esse maticus.  
ratio videt & credit: \* il-  
lius vero resurrectionem,  
\*\* & universale judicium,  
\*\*\* & destructionem hu-  
jus universi, \*\*\*\* haud  
firmiter sola determinare  
potest.

### Prob.

\* 1. Q. mortis tragœdiam non ratio-  
solum, sed & universale experimen-  
tum docet. (2) Q. causas quoque mor-  
tis

*ris physicas, utut non & que morales, si-  
bi perspectas habet.*

\*\* 1. Q. *resurrectio*, ut & seqventes  
actus, sunt res facti, mereque liber-  
rimæ Dei voluntatis. (2. Q. licet pos-  
sibilisatem ejus tam passivam quam  
activam agnoscat, a posse tamen ad  
esse & velle Dei, argumentari non  
fusti net.

\*\*\* 1. Q. *judicatum* qvidem iri de-  
functorum animas ratio facile credit:  
an vero in universalí qvodam id fi-  
at judicio, definire neqvit; utpote  
qvod a libero dependet judicis arbi-  
trio, qvod citra revelationem præ-  
scire neqvit; sed potius plane fru-  
straneum arbitratur.

\*\*\*\* 1. ) Q. *quamvis stoici mundi in-  
teriorum per conflagrationem qvan-  
dam fieri statuerint, non tamen to-  
talem, sed immutationem duntaxat  
eius crediderunt. (2.) Q. ubi philo-  
sophi quidam, naturam senescere &  
deteriorem fieri asseruerunt, non  
physicam, sed moralem citius ejus  
corruptionem intellectuisse videntur,*

S. D. G.